

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Samuel Bohl Paul Schütte

**Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...**

**4 :**

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770609791>

Band (Druck) Freier  Zugang 



C LC - 1871 1-15.



1825.

**RB**  
Receipt wider die rehni. artz  
auf podagru.

Receipt. 4  
1 Saffronan  
2 Jasmin. Salicornia  
3 Zinz und Wein.  
4 mit der saften, Wunder zinn und flüssigem Kraut  
Karnas eignet sich bei Fiebern



DISPUTATIO QVARTA  
PRO FORMALI  
ERVENDO PRIMVM  
in explicatione,  
SCRIPTVRÆ SACRÆ

*Quam,*

D. O. M. A.  
PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL  
Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensi publico Docto-  
rum examini subiecit*

PAULUS SAGITTARIUS  
Julinô Pomeranus.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 19. Julij  
horis antemeridianis.*



ROSTOCHJ,  
Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. XXXVII.

DISTRIBUTIO GAVRATA  
PRO FORMA I

ERAVENDO PRIMUM

SCRIPTARIE SACRAE

DOMINA  
PRESENTE

M SAMUEL BOHL

COPENHAGEN. POMERANIA.

IN ACADEMIA ROYALIS DANICORUM DEDICATA

SANTUS SAGITTARIUS

LUDVICO POMERANUS.

ET PUBLICIS ET PRIVATIS LIBRARIBUS IN HABITACULIS MAGISTRI ET PROFESSORUM  
ACADEMIAE DANICAE ET HOLMENSIS



ROSTOCHE

1711. ANNO 1711. MDCCLXI.

LIBRARIUS. DE XXXVII



D disputationem quartam pro  
FORMALI accessum faciens, pro pro-  
mio iterum quædam præmitto, quæ ad di-  
lucidationem materiæ nostræ & intentio-  
nis meæ facere videntur. Ac primum qui-  
dem, cum in titulo dico: Proformali eru-  
endo *primum* in explicatione Scripturæ Sa-  
craæ, Vox *primum* mihi sumitur pro *primum*  
ordine.

2. Cum ergo explicator Scripturæ, qui non cum præconcepta  
opinione textum sacrum evolvit & elucidare annuitur, qui venit ut  
non inferat sensum sed ut exportet, textum sumit ad manus, ille te-  
netur primum in Hebraicâ lingua, cùm textus videtur esse obscurus,  
respicere formale & tentare, num in eo ibi sumatur nec ne, idq; eò  
magis, quo aptius hoc formaliter percepto recte possit pro ratione  
materiæ commodum sensum haurire. e. g. cap. 5. Jobi, in oratione  
secundâ, Eliphatz, contra Jobum disputans, eumq; convincere stu-  
dens, meruisse eum tales ærumnas extraordinarias, variaq; argu-  
menta proponens & accumulans, inter alia ita dicit **קָרְא נָא הוֹעֵד**  
**עֲזֹב** clama quæso, num sit **עֲזֹב**? Quid dicam lector? affligens te vel  
respondens tibi, nam **עֲזֹב** significat & respondere & affligere. Si jam  
primum sumenda sit specialis significatio, ego ignoro, quænam sit  
ipſarum prima. Videtur enim dici posse: Clama nunc, num erit af-  
fligens te id est si tu modò invoces aliquem, & non bonitati tuæ cau-  
sa fidis, res erit salva. Vel: clama, num sit respondens: id est invoca,  
tamen non exaudieris.

3. Ego ergo cum sine præconcepta opinione hunc textum aspi-  
cio, primum considero formale, quod consistit in similitudine, &  
tentio, num in tali passu procedat. Voca quæso: Quære vel nomina,  
num sit similis tibi, Job nenne mir einen/ was gilt's/ ob du einen fin-  
dest/ der dir gleich sey und sihe dich vmb nach einem Heiligen. Id est, ne

unum exemplum dare poteris, ubi homo sanctus, qualem te somias, ita sit afflictus & qui ita sicuti tu mala tam agrè tulerit. Ergo tu non es sanctus, sed dignus, qvi tam extraordinariè affligaris. Oppositionem קרא & ענה hic prævideo, eaq; chartam non onerabo.

4. Sic, ut adhuc unum exemplum sumam, quod mihi jam fortè incidit ex Jobo פקרת ניר ולא החרטה e. r. & פקרת חמתא sic opprobrium est illi, qui liquefit & dissolvitur à proximo suo. Hic interpres primum necesse est contempletur vocem חמתא, formale autem ejus jam præcognoscit consistere in einem zu Gemüthe führen/ ne exprobrare, voce forsan imbecilliori utar. Hinc dicit liquefacto id est, recedenti à proximo suo est exprobratio. Quænam ista est exprobratio, estn' vel in bonum vel in malum, consequentia verba, nam timorem Domini derelinquit, svadent, ut sit exprobratio in malum id est, dedecus, opprobrium. Nam exprobratio, quatenus in lingvâ Hebraicâ purificatur, est alia in malum, & est dedecus, alia in bonum & est misericordia & decus, quæ in Deo propriè residet & consequenter à piis excercetur. Nam רשות ita Deo exprobratur quasi, quando ei gratiæ aguntur. Ubi tamen præmoneo, me non allegari velle ad Ciceronis latinitatem elegantem, cum ego ex tempore vocabulum latinum aptum invenire non semper queam, sufficit autem, quod satis multis verbis mentem explicem.

5. Hæc fuis scribere volui, ut occasionem haberem inferendi consensum doctissimi cuiusdam Professoris Academicæ. Nam ut aliorum judicia, quæ cum Theologorum eorumq; ex professo Hebraistarum sint, magnificienda alias præteream, & ex libro impresso, quod apud mundum majorem autoritatem conciliare, quædam huc referam, videatur, Idea boni interpretis & malitiosi calumniatoris, quæ obscuritate dispulsâ verum sensum à falso discernerè in omnibus auctorum scriptis [forsan hic etiam cum aliis multis in latinâ lingvâ obtinere probare poterit] ac orationibus docet, & plenè respondet ad quæstionem *Unde scis* hunc esse sensum non alium? Omnia facultatum studiosis perquam utilis, edita à M. JOHANNE CONRADO DANNHAWERO P.L.Cæl. & Eloqu. Profess. in Argentor. Acad. ordinario p. 157. Jam vero ibidem Theologo excellentissimo, ita autem ibidem lego: *Ipsa terminorum*

rum

rum exposicio duplex est I. Materialis, quam vox habet in statu restringendo ad materiam, qualem ipsa subjecta materia admittit. II. Formalis, quam vox habet in statu absoluto, quem per se habet & quae ejus est definitiva ratio abstracta ab omnibus materialibus e. g. Generatio in physici appellatur & ea in qua idem specie gignit idem specie, ut equus equum, canus canem: & ea, qua (generatione & equivoca) idem genere gignit idem genere, ut, cum Sol est putris tauri florilegas excludit apes: in Theologicis autem ea quoque generatio dicitur, qua Deus Pater idem numero gignit Filium eundem numero. Triplex igitur Voci generare est sensus materialis, quorum ratio Univoca generalis, in qua omnes hi tres sensus in genere convenient, dicitur SENSUS FORMALIS, &c. e. g. Communicatio essentiæ productiva, hanc enim generalem definitionem & generatio univoca & equivoca & divina agnoscit. Quando igitur queritur absolute, quid sit & significet generatio? non respondendum, quod sit communicatio essentiæ ejusdem numero, sicut, cum queritur; *Quid est animal?* nemo respondere debet, est corpus rationale, hoc enim non est definire sed sophisticari. Sic post aliquot lineas describit Fidei formale da manisch auf etwas / das man weiß oder gehört hat / verlässt ic.

6. Ex quibus colligat Lector necessitatem scrutinij pro formalis, & si scivissem tantum virum haec posuisse, ego in prima disputatione ea allegasse, cuius reliqua verba, ne nimis multa exscribam prætereo, remittens Lectorem ad lectionem utilissimi illius libelli, quia præsertim etiam regulas consequentiarum in hoc negotio suppeditat, quæ alias etiam ipsa ratio dictitat videtur. Et omnino placet, quod instituit responsionem ad questionem; *Quid est animal?* Est corpus rationale, idem enim ac si ad questionem, quid significat חיה? responderetur, perdidit nam scriptum est חיה בורה? vel חיה בורה? alter autem magistraliter responderet, non significat perdidit sed renovavit, nam scriptum est חיה בורה? die auff den 5. Errn hoffen/ bekommen newe Krafft. Quare interpres assumit formalem significationem permutare, & vider ex contextu num in bonum vel in malum &c.

7. Non hoc autem volo, quando dico Formale primo est assumendum in Scripturā sacrā, quasi ego necessariō cogar subsistere in

formali, sed hoc dico, quæ formalis illi substrata materia certam induat vestem, sic **חַדְשָׁנָה** significat colligere in formalis Esa. 5. induitur ei vestis auferendi collectum, alibi retinendi collectum.

8. Et sicuti præsupponenda est semper significatio generalis seu formalis, ut summa, ita etiam statuo in materialibus seu speciabilibus significationibus tamdiu primariam esse retinendam, quamdiu contrarium non svadeat textus. Tunc enim omnibus ambiguitatibus via præciditur. E. G. In principio creavit Deus cælum & terram. Ibi assumo primò illud Formale, mirabili & creaturis impossibili modo aliquid producere, illud formale ibidem vel simpliciter retineo, vel si, ut *Chemnitius* tom. I. cap. 5. p. 135. Lyrani sententiam cum approbatione Lutheri allegat, cœlum & terram sumam ibidem pro rudi materiâ futuri operis, vocem eam velim restringere ad materiale & speciale significationem, tunc primaria erit assumenda, quæ sisit *creare ex nihilo*, valebit.

9. Et hic forsan ex ratione probare poterunt alij, quod tales significations ex analogia stent perse pro significatione principaliori, nisi forsan eas materia debilitet & ad inferiores deprimat. Sic **אֱלֹהִים** cum de significatione specialiori ago, sumo in famosiori & prima, nempe pro vero Deo, nisi contextus expressè jubeat recedere, ut in loco cuiusdam Psalmi.

10. Nec prætereundum esse arbitrarer hic monere, quomodo significations speciales seu materiales vel mediate vel immediate à suis descendant superioribus, nisi constituissem loco proæmij de his in quintâ disputatione quædam dicere. Hic tantum lubet inferere, quod, sicut revera in radicibus quædam datur forma, quæ est eruenda à scrutante, ita etiam in materialibus delendentibus datur & generalis sevularior significatio & strictior: Id quamvis non simpliciter ad radicem alligem tamen ab eâ omnino separandum non est. Sic **אֱלֹהִים** significat omne illud, quo sustentatur homo vel in civilibus vel in spiritualibus, vel in corporalibus: verum hoc satis citò ad radicem redigi posse prævideo, quamvis mediata sit formæ in essentia, ergo assumo vocem, **אֱלֹהִים** latior significatio est, quod sumatur pro eo, qui certat cum Deo, qui Deum fide & preciis vincere potest; Strictior est, quando hoc nomine no-

mantur

tantur filii Jacob vel singularis aliquis filius, strictissima quando Jacob ipse.

ii. Ex his duabus vocibus **ישׁרָאֵל** & **לְהֹלֵךְ** formo talem regulam: In Nominibus appellativis rerum præponitur generalis significatio. In nominibus propriis specialis & materialis, non quatenus specialis sed quatenus est propria & primaria & fundamentum suppeditat reliquis significationibus, sic, sicut **לְהֹלֵךְ** omnis generis sustamentum, præbet significatione sustenta corporali, spirituali & civili pani, & corpori, quatenus illud devorandum describitur. **ישׁרָאֵל**, suppeditat significationem certanti cum Deo vive vincenti, filiis Israel, filio citidam insigni Israelis, item ethnicis conversis, quia etiam in suo genere est generalis, quia est fundamentalis & formalis, ex qua reliquæ suam denominationem sortiuntur, quamvis si **ישׁרָאֵל** nomen proprimum non esset & ita respectu nostra imbecillitatis magis cognoscibile omnino alias præferendum esset, certans cum Deo & fide vincentis.

12. Sic cum ego in Esaia Non me vocasti Jacob nec in me laborasti Israël, primo cogor sumere vocem Jacob & Israel in persona filij Isaaci, quia illa hic quasi genus est & sicuti supra formale descripti, quod sit, quod invenitur in omnibus descendantibus, ita etiam in quovis, qui Israel & Jacob dicitur, respectu istius juxta quem dicitur, video autem contextum significationem hanc non admittere, nam videtur, omnino agere de presentibus & super præteritis, assumo filios Jacobi, qui erant in terra Canaan, statim contextus contradicit, quia video de novo Israele creando hic dici, de Israele agi, qui non obtulit sacrificia &c. ergo tandem recurro ad gentiles, de quibus verificari textum deprehendo.

13. Quæ ideo fusius deducere, volui, ut in nominibus propriis alia via progrediendum esse demonstrarem, non ut à regulâ excunias, sed ut à regulâ exire visa, quia quod præstant communiter formæ, hic nomina propria in suo genere præstant similiter. Sic **בְּצִירָה** proprium viri est forma quasi filij Egypti est materia & in significatione accipiuntur speciali. Sic Sodom & Gomorrha est formalis significatio, in materialibus dicitur in Esaia alia ita Jerusalem & Iudah.

14. Jam progeditor in ordinario scrutinio ad vocem שְׁרֵךְ quam dico in formalis suo significare *Evolvere*. Ego puto maximā parte ipsas formas in scriptura esse conspicuas, at cum prolixioris ea res sit in dignis ob alios labores non ubivis eas habiturus sum, sperans, fore qui impostorum satis feliciter eruent omnia. Cum autem iam incidat significatio formalis ad literam in Scripturā, eam meritò hīc appono. Videatur Job cap.6. הַזֹּרְתִּי וְאַנִּי אָחָרֶשׁ docete me & ego tacitè evolvam, id est, ego scrutabor num recte loquamini, sequitur enim statim q. d. placet omnino fidelis admonitio, modò ipsimet vos & sitis fideles & intelligentes &c.

15. Hæc forma aliquot species vestium induit, cum ad materias descendit, iisq; quasi immersitur, significat enim arare, forma quadrat, qui enim arat, evolvit terram, ut legimus de Elischa arante, sic in lege vetitum erat arare simul bove & asino & alibi sape, in quo forma tam manifesta est, ut nihil supra, unde Amos, ut rem impossibilem proponit, arare in petra, quia ibi evolutio terræ vix sequetur. Hinc descendunt nomina arationis in Genesi instrumenta arationis in lib. I. Samuelis, ubi etiam ligonis fit mentio ceu instrumenti satis apti ad evolvendam terram.

16. Deinde significat etiam scrutari, cogitare, quæ cum aratione magnum habet commercium adeò, ut sæpè vix discerni queant, sicuti in Jobo legimus de חַרְשֵׁי אֹו & Simson allusit ad significatiōnem in mentione arationis vitulā alienā, quia illud arare cum cogitare & meditari in alieno cerebro erat unū & idem. Satis aliàs significatio cogitandi & volvendi animo est clara in scripturā sacra, ut cum v.g. Salomo dicit עַל רַעַע רַעַע ubi si non formale primum considerare deberem, ne ara contra proximum tuum malum: sed utut sit, quivis vedit & hic primum sumendum esse formale, quod est evolvit. *Ne evolvis*. Dehinc quæritur, num illud evolvere debeat fieri vel aratu vel mente & cogitatione, & contextus syadet mente, id est: Ne cogites & ne machineris contra proximum tuum mala.

17. Postmodum significat etiam hæc radix exarare id est, signare, scribere, quam rationem etiam Latinos retinuisse ex voce exarare manifestum est. In hæc significatione scriptum est in Jeremiā cap. 17.

Peccatum

Peccatum Iuda וְשָׁחַט עַל לְוֹתָרֶל בָּקָר quia exarare & excusare  
rein hoc genere, convenient.

18. Quomodo autem significatio tacendi cum formâ conveniat  
forsitan dubium moveret, si loqui, meditari & tacere latinorum op-  
poneremus, ubi necessariò ad Antiphrasia recurrere necesse est, si-  
cuti in voce Bellum quasi minimè bellum: Sed quicquid sit, ego in  
lingvâ Hebraicâ tam certè credo Antiphrasin obtinerere, quam cer-  
to mihi persvasum habeo, autores Antiphraseos istius, nusquam le-  
gisse, vel à legente audivisse Canonicae Scripturam. Puto ego ta-  
cendi significationem cum evolvendi ratione optimè concordare,  
nam qui facit perpetuò cogit evolvere multa & perpetuò quasi  
meditari, nam meditatio & taciturnitas optimè se excipiunt.

19. Ex conamunione harum significationum resultare arbitror  
vocabulum שְׂרֵךְ quæ significat artificem in rebus sat multis, ut notum  
est. Vocem autem שְׂרֵךְ in Jonâ non idèo aici puto vehe-  
mentem, ut flante eo fiant homines surdis similes, sed quia evolvit  
omnia, muros diruit, arbores de loco movet &c. Sic optimè cum  
formâ omnia quadrare puto.

20. Vox בְּלִחְמֵי significat in formalí suo, refecit & sustentat sc.,  
sic Prov. 9. v. 5. לְחַפֵּר בְּלִחְמֵי reficite vos pane meo, specialiter si-  
gnificat edere sicuti scriptum est Prov. 23. v. 1. cùm sedes cum domi-  
nante ad edendum &c.

21. Hinc descendit vox בְּלִחְמֵי, quæ in supremâ significatione  
non significat panem, sed omne quod sustentat & reficit hominem  
tam in spiritualibus quam in corporalibus, quam etiam deniq; in  
civilibus: Unde in Esa. 3, dicitur, Dominus Jhova Zabaoth auferet ex  
Jhudah & Jerusalem fulcimentum & fulcimentum, omne fulci-  
mentum panis & omne fulcimentum aquæ; tam clarè loquitur,  
quasi digito monstraret nobis formam. Nam ibidem panis non est  
panis hordaceus vel alias quidam, sed omne id quod Jerusalem &  
Jhudah poterat fulcire & sustentare, quale erant, Fortis & Vir belli,  
Judex & Propheta &c. nam ibidem per notam figuram mihi dictam  
interpretationem posteriores phrases priores explicant, sicuti vide-  
mus in cap. primo Esa. A planta pedis usq; ad verticem non est in eo  
integrum, explicatur statim: Terra vestra desolata est, terram ve-  
stram peregrini edunt, civitates vestræ igne combustæ sunt &c.

22. At male convenire videtur significatio belligerandi, ut ut autem hæc videantur dissona, optimè quadrabunt si consideremus primò generaliter, quod in aliis multis etiam usu venire videmus: Convenientiam mediatam aliam esse, aliam immediatam. Immediata est quando simpliciter ab ipsa radice & ejus formâ fluit vox: Mediata, quando mediante aliâ significatione sub forma contenta significatio esse cognoscitur. De quo alibi.

23. Jam possum dicere bellum gerere cum formâ convenire mediante voce *edere* quod in significatio materialis continetur sub formalis, at hic vix me eo usq[ue] iureri video, nam bellum est etiam aliquid quod pertinet ad sustentationem alicujus. In textu orationis tertiae Esianæ dicitur, quod Rex Syriae & Rex Israel venerint Jerusalem לְהַלְחָה ad pugnandum, ad devorandum eos, Juxta formam dicto illud pugnare erat ad trahendum ad se civitatem & in suos usus convertere. Unde dicunt illi belligerantes נֶבֶר עֲנָה אַלְיָנָן & addunt & faciamus Regem in medio ejus filium Tabeel.

24. Siautem hæc non arrideant, poterit dici esse rationem convenientiæ mediatae, de quâ in futura disputatione loco proæmij quædam dicturus sum. Tunc tuto etiam recurrimus ad phraselogias, devorari gladio das Schwerdt frist ic. D. Luth. sed ita tamen, ut notetur in quovis bello forma mea.

25. Bellum dicitur geri ob pacem, ergo res **מִלחָמָה** est res quæ facit pacem & ita inducit subsidium in rebus publicis, bello acquirimus possessiones ditionum, ergo **מִלחָמָה** est medium augendi sustentacula principum: Bellum est medium dividendi spolia, unde quando audio vocem **כְּלָחָטִים** prælantes & conceptum formalem mihi imaginor, puto objectos mihi esse, qui laborent & certent de certo subsidio sibi acquirendo.

26. Jam progredior ad radicem **שָׁר** cuius formale est *intendit*, de voce significat cœcinity, de oculis significat tueri, de pedibus significat ambulavit in significationibus materialibus. Quando ergo explicator scripturæ sacrae vocem **שָׁר** legit, non ei est exordiendum à significatione *canendi*, à significatione *ambulandi* vel à significatione *vivendi*, multo minus à significatione huic radici mediate competenti insidiandi, sed à significatione *intendendi*. Sic in Psalm. septimo,

Septimo primum dico quod intendit vel direxit ad Dominum, deinde contextus me docet legendum esse, quod cecinit Domino. Sic Job. 7. לא תִשׁוּרֵנָאֵין רְאֹא contextus docet, quod prævaleat significatio videndi. In Esaia alicubi concatenatur sententia, & docet significare & ambulasti, id est direxisti cursum tuum, uide R. D. Kimchi refutat R. Saadiam, qui refert hanc vocem ad donum, & se explicasse dicit in libro radicum per וַתַּלְכֶּר & ivisti.

27. Voces nominales hinc descendentes etiam facile ad communem illam formam referuntur. E. G. הַשּׁוֹרָה significat *muuu*, quo cum venire solebant antiquitus ad Prophetam quantum colligunt ex 1. Samuel. 9. v. 3. nisi forsan adhuc generaliori veniat significatione apud Thalmudistas vel Rabbinos. Bos subiacet huic significationi, quia dicitur שׁוֹר forsan à suâ inspectione quam quasi habet supra reliqua armenta, vel à gradus directione, quod præcat, cum ad pascua ducuntur vaccæ vel à vocis claritate, quod bene possit audiiri, cum mugit &c.

28. מָרֵשׁ murus cum formâ quadrat, quia vel, ut Schindlerus dicit, exinde prospicitur, vel quia primo intuitui hostis objicitur & ita etiam incursui, nam murum vel terminum dici à videndo notat etiam in alio genere vox מְרוֹחָה à חֹזֶק yudit adeo quidē ut & in Jobo juxta sententiam R. Menachem allegante R.S. Jarchi רְחוֹזֶק signifiet *terminus sit*, ut ita non tantum derivata à חֹזֶק sed & ipsa radix aliqualiter in hoc nos confirmare posse videatur, ut alia taceam. Reliqua derivata omnia partim mediate, partim immediate optimè respondent.

29. Dehinc placet vox נְגַנֵּן cuius formale esse dico *eminuit*; Hæc forma manifestè conspicitur in Jobo, cum dicit Bildad הַגָּנָה נְמַא בְּלָא בְּצָר ubi non recurrendum est ad significationem specialem sed ad generalem. Nam è ratione dicendum esset, num superbus est juncus, vel nura magnificus est juncus sine loco cœnoso. Hinc consequenter erit recurrendum ad metaphoras, cum, si dicas in formalí suo; Num eminebit, res tota salva sit, nam nunc lector videt, quod eminere junci sit accrescentia, ut super terram conspi ciatur. Postmodum autem significat vel in malum vel in bonum,

in malum fastuosus fuit; in bonū magnificus & præcellens fuit; in quibus, quomodo forma verificetur, me etiam tacente quivis videt, reliqua descendentia facile applicabuntur, mihi sufficiat dedisse formam. Ubi tamen non possum, quin iterum notem, quomodo oppositæ significations sâpe sub unâ forma continantur, cuius rei exempla etiam suppeditarunt præcedentes disputationes, ex quo colligitur, recte à me dictum fuisse, Formale & generale mihi hinc unum & idem esse.

30. Cum autem poit **אָנָה** non propinquior litera sit in cubo quam **לְ** explicabo vocem **אָנָה** cuius formam puto esse **vicinitatē** et **tangere**, in passivo **vicinitatē** et **angi**. Formam hanc quamvis sufficiat demonstrare in suis materialibus, libet tamen tentare, annon ex lib. Esra & Nehemiæ ea asseri queat. Legimus autem ibidem de filiis Chabayah, quod genealogiam suam non deducere valentes **אָנָה** sint remoti à sacerdotio, ubi non immemoritò queritur caussa istius significations & scrutans deprehendorum di minerva talē latinitatem me primum delineare posse, vicinitate facti sunt à sacerdotio id est, ex vicini facti sunt sacerdotii, nam **לְ** & **וּ** solent mutare significationem e. g. **רִבְעָה** & adhortatus & dchoratus est, cum **רִבְעָה** adhortatus est, cum **וּ** dchoratus est. Si autem hæc nimis longe videantur esse petita, consideretur modò vox **אָנָה** quam arcta vicinitas cum ea sit conjuncta, unde Boaz dicit: Ego sum **אָנָה** verrum alius **אָנָה** qui magis est, ratio, quia vicinior est quam ego. Unde puto etiam David dixisse. *Appropinqua ad animam meam & אָנָה redime eam*, quo ipso procul omni dubio alluit ad formale. Adeo autem vera haec videtur forma, ut & in nostra Pomeranica lingua Germanorum laussen quod aliquando per **אָנָה** exprimitur esseri solent per an sic bringen / q. d. sibi vicinum facer.

31. Sed quid prolixius his immoror, forma est justa. Materialis significations sunt, redimere, sibi approbriare, vindicare, quæ ita restrinxuntur ad formam propinquitatis, ut ferè non videam, quomodo in consideratione materialium significacionum ad aliam formam dilabi possibile sit. Ex hac significazione toties in Legelegimus de **גּוֹאֵל חֶרְבָּה** item de **אָנָה**.

32. Quod

32. Quod ad hæc attinet, ut pauca ex multis hic obliterantur, dicitur in Lege; Et is qui ex paupertate vendita amici redemit, sicut in Levit. 25. Ex quo jure arbitror natum esse jus quoddam Germanis dictum **Benspruch**, ubi nemo potest sua divendere peregrinis, nisi prius consultis sibi propinquis iisque jus suum negligentibus. Item, qui pro amico propinquuo accipiebat ea, quæ dabantur ab iis, qui proximum loferantur. Num. 5. Quem locum cum attentius evolo, video magis explicari in *puro formalí pro propinquuo* quam pro vindice. Ex quo jure natum esse arbitror, sive cum eo convenire jus hæreditatis, quod in R. I. solet cedere proximo cum consanguinitate junctis. Nam sicut in absentiâ & defectu talis hædis bona cedunt Principi vel summo vel intermedio pro ratione juris consueti, ita in lege divinâ in absentia talis bona cedebant Domino & Sacerdotibus, idq; ratione circumstantiarum istarum de jure. Samitur etiam in lege pro proximo quatenus ei licitum est occidere hominem, qui interfecit aliquem ex consanguinitate, unde dicitur. **תְּאֵל הָרָה** non solum, quia vindicat sanguinem proximi, sed etiam quia est propinquius sanguinis, cuius vi potest occidere & ulcisci sanguinem proximi.

33. Hic **תְּאֵל** ex lege ducebat uxorem demortui amici vel fratri, ex quo jure quidam quærebant ex Christo, enjusquam uxor futura sit in vita æternâ, ea quæ se paterat fratribus. Hi enim ex lege defuncto altero se invicem in ducenda una uxore exciperbant. Et si quæ sunt alia.

34. Hoc nomen solet etiam attribui vero Deo, ubi puto salvâ forma vix id est non sensu tribui Patri & Spiritui sancto, nisi quatenus in una eademque essentia divinâ considerati, qua ratione ego hodie invocare possum Deum caelestem & dicere. Tu **Joel** quippe qui carnis nostra particeps & factus & futurus rectè dicitur noster **תְּאֵל** & vicinus, frater, vindicator. Hoc considerans Jacob dicebat **תְּאֵל הַגּוֹאָר** Angelus vindicans & liberans me ab omni malo benedicat pueris istis, quo procul omni dubio increatum illum & magnum Angelum in vocavit. Alias & in Esaiâ fæpe membra solent, quantum ego video, dividi per **תְּאֵל** ita ut cognoscere queam,

queam, quando loquatur **בָּנֵי יִהְיָה** de suo Filio, vel quando loquatur Filius de populo vel alio.

35. Quæ de pretio vel jure redemptionis h̄ic dici possent, item de vocabulis talia experimentibus, ego prætero, cūm nimis facile sit ea ad formam reducere. Hoc autem videtur magis necessarium declarare, quomodo significatio pollueadi cum significatione liberandi sub unam formam cadant. Puto autem omnia salva fore, cum consideramus, quod pollutio, quæ voce **טְמֹנָה** exprimitur à propinquitate rei polluentis in Scripturā dicatur.

36. Pollutiones Sacerdotum dicuntur, quia appropinquare sibi rem vetitam patiebantur, quoq; etiam modo id factum fuit, quem hic explicare forsan esset supervacaneum. Alibi pollutio denominatur à propinquitate sanguinis, quia manus suas plenas habuerunt sanguine, quæ ratione quamvis modo diverso uestis videntis ab Edom in Esaia dicitur pollutus id est, maculatus sanguine. Alibi dicitur civitas polluta, quibus rebus ea tacta sit nimis propinqua docet Zephania. In Malachia autem quomodo ibidem dicuntur sacrificia polluta, docet contextus, propinqua enim habebant cæcitatē & hujus generis alia vitia: Ut ita ex his ad oculum pateat formæ veritas.

37. Alia incidit radix, nempe **טְמֹנָה** cuius formale dico esse **innixus** est, cuius forma expressa exempla continet Scriptura. Hinc dicitur inniti baculo arundineo, qui innitebatur Ægypto, quâ phrasimixtio quædam occurrit cum formalī & materiale. Hic enim dico esse **confidere**, qui enim confidit & sperat in aliquo, ille & innittitur, quod formale & confidere jure merito ego statuo. Exemplum formalis vide in Equite Samariæ, cuius **בָּנֵי** innitebatur Rex, talis forsan hominis, qualis erat Naeman Syrus. Exemplum materialis Esa. 50. v. 10. ubi de fiduciâ in Deum agit Propheta. Descendithine **טְמֹנָה** quod significat baculum item fiduciam, unde in Esaia. 2. quando dicitur de baculo panis, forsan lector sibi miras res imaginaretur, quomodo panis habeat baculum, cum non animatvertit ibidem notari illud, quo aliquis innittitur & subsidium quærit, ut in allegato loco videre est.

38. Vox

38. Vox נָרַר pro forma habet *contradixit*, sicuti scriptum est in Malachia: Ego contradicam benedictionibus vestris id est, ego benedictiones vestras faciam non benedictiones, in significatione materiali significat maledixit, cui enim Deus maledicit, illi sanè contradicit. Cui autem Deus contradicit, ei omnes creaturæ eo ipso contradicare necesse habent. Sic puto in Jobo intendi hoc: Maledicant ei maledicentes diei, id est, illi jam, qui alias callent amaro & miserabili luctu ejulare & contradicere diei ad id invitati ut diem certum malum precentur non fuisse diem, obq; id jam exercitati in tali ejulandi genere: Hi clamant, Dies non sit dies, nox non sit nox, wehe dem Tage das er jemahls ist erschienen. In lege dicitur: Maledictus tu in exitu tuo, maledictus in introitu. Id est, cum exis omnia cedant male, omnia se tibi opponant tibiq; contradictant &c. Omnia quæ hinc descendunt, eadem gaudent formâ.

39. Radix in formalis significat *texit*, sicuti solet fieri cum cavemus, ne aliquid videatur, unde Rabbi Mardochai in concordantiis Deinde in materiali significat *expiare*, ex quo discimus, quod expiatio, & in V. T. non sustulerit propriè dicens peccatum, ita ut homo peccator amplius non fuerit revera, sed quod tantum texerit, quod eo sensu accipi volo, quo illud vulgatum; Peccatum originis per Baptismum tollitur, non ut non amplius sit, sed ut non imputetur. Quod eò magis innotescit, quando consideramus vocem כופר quæ sumi solet in scripturâ sacrâ proprie, quando enim in Lege mandatum erat. Nolite accipere כופר pro animâ homicidae, illud non purgat homicidam à peccato, sed tantum tegit peccatum, ne animadvertis postea judex vel alius, eadem ratione sicuti spurius legitimatur à summo principe, literæ ipsæ non absolvunt hunc, sed tegunt tantum, nam neq; Albis, neq; Danubius abluet spurius, id quod est, quod rudi simili volui explanare. Reliqua nomina itidem in formâ convenire compieremus, sicut כפורה quod duplicitate habet convenientiam, tegebant enim arcam & coram eo ceu ιλασηειο invocabant Deum, ut peccatorum non amplius recordaretur. Repurgandi & removendi significations mediate ab hac formâ descendunt.

Signifi-

Significatio pagi vel oppidi cum formâ quadrat, quatenus talia sunt obscura & testa. Et si quæ sint, sicuti revera adhuc alia dantur derivata recte ad hanc formam reducuntur.

40. חָרְבָּה significat detexit. Quam vocem eo lubentius assumpsi, quo cum majori admiratione lego titulos in Concordantiis Iudaicis, & deprehendo illos homines in scrutinio significationis tam ignavos fuisse, quam in conquirendis scrupulis sedulos, nam ita super vocem חָרְבָּה כִּמְנוּ הַז שְׁפִירֹוֶשׁ/חָרְבָּה בְּלֶשׁ חָרְבָּה וּכְלָהָנָגָר גָּלוּיָה רְבָּרָה אוֹחֲמָסָרָן אֲנוֹסָגָן multa dicit, at formam non intellexit, unde גָּלוּיָה postponit חָרְבָּה. Et sic in aliis multis, ut notem occasionaliter, non argumentandum esse in lingua sancta ab ignorantia Iudeorum ad ignorantiam Christianorum. Forma hæc occurrit 2. Sam. 23 v. 9. ubi de Heroibus Davidis dicitur, quod se manifestaverint Philistæis **da**, sic sich dem Feind præsentireten, sic enīa recte cum Germanis suæ lingvæ oblivisci studentibus loquor. Cum hac forma congruit significatio *prostituendi*, unde in lege uxori dicitar quia prostat detectioni viri, in quo casu scortationis non mors sed vox forsitan quibus Germanis correspondet **ein Raetschilling pro poena erat determinata.**

41. Cum hac forma optimè concordat significatio opprobrij, nam detegitur hinc ignominia vel facta vel vera, unde חָרְבָּה non tantum significat simpliciter provocavit i. e. ursit detectionem alterius, sed & probris affectit vel probrose provocavit, sicut apud Germanos *bistu besser als ein eic.* חָרְבָּה dicitur hyems vel autumnus, qui detegit terram, omnia enim quæ ornatus suo terram tegebant in æstate scœva hyems aufert, de quo alibi חָרְבָּה gelu à decalvando dicitur. Sed omnia non possunt hic allegari. Jam enim reminiscor, in initio hujus disputationis dictum esse de חָרְבָּה quod video omnino aliqua indigere demonstratione, at cum ha. chartæ nimis excreverunt, differam ea ad disputationem immediate subsequentem.


















ficatio pagi vel oppidi cum formâ quadrat, quatenus talia sunt  
ara & recta. Et si quæ sint, sicuti revera adhuc alia dantur deri-  
rectè ad hanc formam reducuntur.

חֶרְף significant detexit... Quam vocem eo lubentius assum-  
uo cum majori admiratione lego titulos in Concordantiis Ju-  
s, & deprehendo illos homines in scrutinio significationis tam  
vos fuisse, quam in conquirendis scrupulis sedulos, nam ita su-  
ocem בְּלִשְׁנָה רַוְעֲנֵךְ מִמְּנוּ הַז שְׂפִירֹוְשׁוּ חֶרְף  
גְּלִוְיְהָרְבָּר אַוְהַמּוֹסְטָן אָנוּ  
it, at formam non in-  
iat, unde גָּלוּתְּרָפָה multis, ut notem  
fionaliter, non argumen-  
a Judæorum ad igni-  
tæ Sam.2: v. o  
verint Ph.1: v. 10  
cum  
ol  
mors  
aufsch  
Cum ha  
itur hinc i  
at simplicite  
is affecit vel p  
als ein etc.  
חֶרְף  
omnia enim quæ  
ceva  
s aufert, de que  
nnia non possunt hic  
jus disputationis dictum  
indigere demonstratione  
runt, differam ea ad  
subsequentem

VierFarbSelector Standard\* - Eurokala Offset

W X Y Z

W

X

Y

Z